



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

In commendationem Sacrarum Collationum Reuerendi, & longè doctissimi
D. Tilmanni Bredenbachij, S. Theologi[a]e Doctoris, insignis Coloniensis
Ecclesi[a]e apud D. Gereonem Canonici, Carmen ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

In commendationem Sacrarum Collationum
Reuerendi, & longè doctissimi D. Tilmanni
Bredenbachij, S. Theologiæ Doctoris, insignis
Colonienfis Ecclesiæ apud D. Gereonem
Canonici, Carmen Encomiasticum,
Authore Ioanne à Bruhezen,
Ecclesiæ Metrop. Traie-
ctenf. Decano.

A Rma canant alij, partos per seua triumphos
Prelia cum domitis oppida capti uiris,
Hos inuuet ingenti metaq̄, carente labore
Mystica scripturae uoluerè sensa sacra,
Distineant quosdam nodosa volumina legum
Et quidquid gemini sanctio iuris habet,
Nec sua percupidis medicina industria desit
Nuper ut exortis sit noua cura malis,
Diuerfos varijs studijs diuersa fatigent,
Nomen ut ipsorum secula sera sciant.
Doctrina prestans hos Bredenbachius omnes
Materiae superat nobilitate sua,
In lucem emittens variarum insignia rerum
Exempla. eternis omnia digna notis,
Quae sparsim ex alijs magno collecta labore
Sylua ut plena rosis exhibet istud opus,
Quares non potuit tractari dignior isto
Tempore, plus ue piae in se utilitatis habens,
Dum reprobis asper, laetis pia pectora mulcens,
Ad caelum rectam monstrat utrisq̄, viam.
Quaeq̄ tot inficiunt animas letaliter, vno
Haeresis hoc perimit dira venena libro,
Hunc

Hunc anidix igitur letus complectere palmis,
Et merito tantum lector amore virum,
Quem nec cura vigil, sudor nec terruit vllus,
Quo tam praclarum te penes esset opus,
Ex quo non solum virtutum exempla paratum
Viuendi recte subsidiumq, petes,
Ast etiam nostri aduersum fera toxica secli
Desumes anima pharmaca tuta tuae,
Antiqui technas colubri procul effuge Lector,
Tempora & auctori longa precare Vale.
In libros sacrarum Collationum celeberrimi
Doct. Til. Bredenbachij, fautoris & Domini
meritiss. Iordanus Louffius Buranus, I. C.
Splendida corporibus praebebant fercula mēsaе,
Ast animo solidas vix dedit vlla dapes,
Donc inexhausto verae pietatis amore,
Proderet ambrosias hasce Bredenbachius,
Qui veluti varios per prata virentia flores,
Sedula apis libans dulcia mella facit:
Sic monumenta pijs cum priscis nupera lustrās
Contulit in classes optima quaeq, suas,
Qualia praesertim doctis (quib. ista parantur)
Moribus & placidis grata futura putat,
Cernitur hic summū sua per miracula sacrum,
Nec non diuorum nomina culta pie,
Premia munificos maneāt quae schismata poenae
Omnia sanctorum vindice tuta Deo.
Plurima sinceræ praecepta salubria vitae,
Panditur, & priscae religionis honos,
Hic probitas, zelus, sancti sine crimine mores,
Atq, refingendis non minus malis.

()))

Huc

Huc exempla virum donantur luce priorum
Ceu speculum vite sancta^q colloquia.
Sint igitur cordi monitus, documenta^q sana,
Turba licet contra, deteriora prober,
Dum^q alij nugas studio sectantur inani,
Tu cole syderas qua docuere vias,
Aspera nam praesens moneat nisi numinis ira,
Olim fata vides quam tibi dira paras:
Contrahere quod poteris conuiuia, parce Lyae,
Sobria sufficiunt pabula Christicolis.
Impia nec maculet vestram detractio mensam,
Histrio lasciuus, fabula vana procul,
Sed magis horrescas infide dogmata sectae,
Blandula quae primo mox iraculenta furit,
At penetrent animi melius quo cuncta recessus,
Ne sit opus praesens consuluisse graue,
In quo si fuerint quaedam male grata palato,
Candidus haec alijs posse placere putes.
Haud etenim damnas varia conuiuia mensae,
Paucula quod stomacho sint minus apta tuo,
Sed tener ex facili tacitus satiaberis esca:
Cetera cum firmis nec quoq^q displiceant.
Haud secus huic placidus sermo, aut narratio
grata,
Acrior hic valido disputat ingenio,
Nam variant genio licet hic si vera fatemur
Leuia sint mensae dogmata rauca scholae,
Sed procul hinc momi, nimium rigidiq^q Catões,
Mens mihi sola satis, grata, serena, pia,
Octo libros, toti dem missus, bellaria (mixta
Scilicet historia) sunt sequutura. Vale.
Cata-